269 St. Vincent St.
Birmingham
May 5th 1885

Domine clarissime

Ob responsum tuum gratias. Praecepta tua de scribendi modo observabo; ignosce, quaeso, quod ita non antea fecissem. Dictum tuum de Oospora roseo-carneola (Fusidium) mihi gratum est; sed nomen in O. rosellam mutavi quia in genere O. jam species rosea et carneola sunt, et nomen compositum hybridae significationem habere posset; vide infra. In caule Tamni jam misso Phomam et Septoriam te reperire posse puto.

Tibi deditissimus

W. B. Grove.